NOVVM
TESTAMENTVM
Domini noſtri
IESV CHRISTI
Vulgatæ editionis
juxta exemplar Vaticanum
anni 1592.
IHS
LVGDVNI
Apud I. Carteron
1671.

I.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

CAPVT I.

A quibus maioribus Chriſtus ſecundum carnem deſcenderit: Angelus inſtruit Ioſeph de Maria ſponſa ſua conceptione partuque futuro.

1 LIBER generationis Ieſu
A Chriſti filij † Dauid, filij
Abraham.
2 * † Abraham genuit Iſaac.
† Iſaac autem genuit Iacob.
† Iacob autem genuit Iudam, & fra-
3 tres eius. * † Iudas autem genuit
Phares, & Zaram de Thamar.
† Phares autem genuit Eſron.
Eſron autem genuit Aram.
4 * Aram autem genuit Aminadab.
† Aminadab autem genuit Naaſſon.
Naaſſon autem genuit Salmon.
5 *Salmon autẽ genuit Booz de Rahab.
Booz autem genuit Obed ex Ruth.
Obed autem genuit Ieſſe.
† Ieſſe autem genuit Dauid Regem.
6 * † Dauid autem Rex genuit Salo-
monem ex ea quæ fuit Vriæ.
7 * † Salomon autem genuit Roboam.
8 † Roboam autem genuit Abiam.
† Abias autem genuit Aſa.
8 * Aſa autem genuit Ioſaphat.
Ioſaphat autem genuit Ioram.
Ioram autem genuit Oziam.
9 * † Ozias autem genuit Ioatham.
† Ioatham autem genuit Achaz.

† Luc. 3.e.31.
† Gen. 21.a.3.
† Gen. 25. d.26.
† Gen. 29. d.35.
† Gen. 38. g.29.
1. Par. 2.a.5.
† 1.Pa. 2.d.5.
Ruth. 4.d.12.
† Num. 7.b.12.
† 1.Re. 16.
Ruth. 4.d.18.
† 2.Re. 12.f.24
† 1.Re. 11.g.43
† 3.Re. 14. g.31.
† 3.Re. 15.b.9.
† 2.Pa. 26. d.23.
† 2.Pa. 27.d.9.
2. Par. 28. d.27.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAPVT I.

Zachariæ Sacerdoti annuntiat Gabriel Ioannis conceptum ex Elizabeth ſterili, qui Angelo non credens, mutus efficitur, idemque Gabriel Mariæ annuntiat conceptum Ieſu filij Dei de Spiritu Sancto: ad Mariæ ſalutationem Ioannes exultat in vtero, & Elizabeth prophetat, ipſaque Maria canticum gratiarum actionis Domino decantat: in nati Ioannis circumciſione, Zacharias pater, recepta loquela canticum gratiarum actionis edit.

1 QVoniam quidem multi conati
A ſunt ordinare narrationem, quæ
2 in nobis completæ ſunt, rerum:* ſicut
tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi
viderunt, & miniſtri fuerunt ſermo-
3 nis.* viſum eſt & mihi, aſſecuto om-
nia à principio diligenter, ex ordine
4 tibi ſcribere, optimè Theophile,* vt
cognoſcas eorum verborum de qui-
5 bus eruditus es, veritatem.* Fuit in
diebus Herodis, regis Iudææ, Sacerdos
quidam nomine Zacharias, † de vice †1. *Pa.*
Abia; & vxor illius de filiabus Aaron, 24.
6 & nomen eius Elizabeth.* Erant au- *a*.10.
tem iuſti ambo ante Deum, inceden-
tes in omnibus mandatis & iuſtifica-
7 tionibus Domini ſine querela,* &
non erat illis filius, eo quod eſſet Eli-
zabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent
8 in diebus ſuis.* Factum eſt autem,
cum Sacerdotio fungeretur in ordine
9 vicis ſuæ ante Deum,* ſecundum con-
ſuetudi